

regibus⁹ tuae⁹ ecclesiae data vel reddita, quaecumque hodie possidet, sive in futurum iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus ac illibata permaneant. Ad haec pallio ad missarum tantum sollemnia illis solummodo diebus uti fraternitas tua meminerit, qui tuis praedecessoribus Romanae ecclesiae auctoritate concessi sunt¹⁰, cuius te volumus per omnia genium^r conservare. Huius enim indumenti honor humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando eveniunt, inveniatur cum iustitia erecta, amica bonis, perversis contraria, nullius^s unquam^t faciem pro veritate loquentis premens, misericordiae operibus iuxta virtutem substantiae insistent, patiens^u, benevolentibus congaudens, de alienis gaudiis^v tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis pie saeviens^w, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens; in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate severitatis iustae censuram^x non deserens. Haec, frater carissime, pallii dignitas, quam^y si sollicitè servaveris, quam foris accepisse ostenderis intus habebis. Fraternitatem [tuam]^z supernae miserationis dignatio per tempora longa conservet incolumem.

Scriptum per manum Petri scriniarii sacri palatii.

⁹) davor ecclesiae gestrichen R. ^r) korr. über gestrichenen gneium R.: genium mit zwei Verweiszeichen auch am Rand, dort nachträglich gestrichen. ^s) korr. aus nullus, darüber gestrichenes Zeichen R. ^t) korr. über gestrichenem unam R. ^u) Zu den hier möglicherweise durch Augensprung eines Kopisten (Homoioteleuton) fehlenden Wendungen vgl. oben Anm. 108. Im Anschluß an die in Vienne entstandene Nachurkunde Paschalis II. kann man ergänzen: insistent [et tamen supra virtutem insistere cupiens, infirmis com]patiens. ^v) folgt gestrichen d R. ^w) korr. über gestrichenem praeserviens R. ^x) folgt gestrichen d R. ^y) nach gestrichenem qun R. ^z) tuam fehlt R.

⁹) Vgl. DD reg. Burgund. Nr. 46, 104, 115, ed. Th. Schieffer – H.E. Mayer (oben Anm. 7).

¹⁰) Ältere Palliumprivilegien für Vienne mit entsprechender Festtagsliste scheinen nicht erhalten zu sein. Vgl. Anm. 106.